

1. Carpfow. de iure Weichbildorū.
2. Schitter, de Curis Dominicalibus, Linga, Jifen
3. Hanaccius, de Are alieno Studijordm.
4. Struck, de immunitate Domini à Periculo.
5. Thomajus, de iure Circa Frumentum. Tract. I.
6. a. idem, de iure ^{Circa} Frumentum Tractat. II.
6. b. Thomajus, de iure Futuro.
7. Schlerogt, de Alienatione Domino prohibita.
8. Serizonius, de iure Occulto.
9. Angeln, Unus actus nullus actus
10. Horn, de iure Circa rem alienam.
11. Zell, An Condicio, quae propter casum impleri nequit,
pro Completa habeatur.
12. Lyncker, de Fatalibus.
13. Mylius, usus, de Novi Operis Nuntiatione, in Foris.
14. Menjerus, de iure Fisci Civitatibus municipalibus
Competente.
15. a. Hoffmann, de Diffensi iurium, in Succendo Adul-
terii Crimine.
15. b. Hilliger, de Poena Pecuniaria in Delictis Carnis.
16. Klein, Epitome Iuridicum Iudicialis Laminarum
Confessionis, Se ex nefando cum Satana Pactu

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IURIDICA
DE
CRIMINE LAESAE
MAIESTATIS

21
Quam
Indultu Magnif. ICtorum Witteberg. ordinis
P A E S I D E
VIRO MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
CONSVLTISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

DN. WILHELMO LEYSERO

I. V. D. & Cod. P. P. Curiae Electoralis, Consisto-
rii Ecclesiastici, Facultatis Iuridicae & Scabinatus
Adessore Gravissimo, Meritissimoque

&c.

*Domino, Patrono et Praeceptore suo acertem summa
obseruanria colendo*

placidae disquisitioni publice sistit


LAZARVS GRADENTHALER

Ratisbonensis

A. S. R.

In Auditorio ICtorum

Die Januarii Anno M. DC. LXXXVII.



WITTEBERGAE RECUSA 1742.

is.

DISECTIO IUDICA

CRIMINE LAESAE
MAESTRIS

In hunc Magoni Rognon Witteberg ordinis

P A R T I E

LIBRO PRIMO TITULUS I DE PUNITIONE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE

DE PUNITIONE IN CRIMINE LAESAE





I. N. I.

§. 1.



Maieftas, vel *au boye Fefto*, dicitur à Magnitudine, quoad rei fimilitudinem, cum culmen fupremæ dignitatis in hoc lateat, quafi Maior ftatus, fecundum *Arnifcum de I. Mag. L. 1. c. 1. n. 6.* vel fecundum *Becmannum* à maius, ut à vetus vetuftas, à tempus tempeftas, ab egeftas.

§. 2.

Accipio vero hic Maieftatis dictionem in fenfu proprio, quo vel concretiue ipfum Monarcham poteftate & Maieftate summâ Legibusque foluta corufcantem denotat, & imperatoris aliàs ac Regum Personas indigitat: vel abftraftiue, quatenus ipfam poteftatem summam fignificat, quam Græci aliàs fecundum *Bodin L. 1. de Rep. c. 7. κυριαρχην*, vel abfolute etiam *κυριον* appellare confueuerunt. Latini verò vocant modo Ius Imperii, ut *Liv. l. 2.* modo Celfitudinem Principis, ut *Keckerm. l. 1. Pol. c. 4.* modo plenitudinem poteftatis &c.

§. 3.

Maieftas autem nihil aliud eft, quam fuma poteftas ubique in Ciuitate, definiente Cellario, vel ut *Bodinus* de-

A 2

finit,

finis, quod sit summa quædam & perpetua reuerenda potestas, dignitas, amplitudo superioris ac sanctioris alicuius.

§. 4.

Is autem qui eminentem hanc obtinet Maiestatem etiam si homo sit, Maiestatem tamen videtur diuinæ succedaneam adeptus, ut DEus inter homines esse debeat, inde factum est, ut Maiestatem cælo delapsam antiqui finxerint, ac ut DEum Honoris & Reuerentiæ filiam coluerint, *Ovid. 5. Fast.* Hinc *Homerus* Reges *διογεθεϊς* vocat, quasi Iouis in sinu & ulnis educatos. Hinc diui olim Imperatores dicti, hinc etiam Sacra & Sancta Maiestas appellatur. Itaque si lædatur & offendatur, non simpliciter homo, sed DEus quoque & eius ordinatio dicente Spiritu S. *ad Rom. 13.* quia a DEO Regem accipimus, tanquam causa Principali *Prov. 8. v. 15.* uti *Tacitus* quoque, Principi, inquit, summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est: Si igitur subditas prauo molimine, quod dicto vel facto proditur, Obsequium erga superiorem excutit, contra existimationem & honorem ipsamque salutem Imperantis aut Reip. aliquid machinatur, Maiestatis crimen is incurrit.

§. 5.

Hinc Romani & quidem Romulus, qui primus Rex Romanorum fuit, legem de proditione fanciuit, ut omnes qui in Reges ut summos Magistratus & secundario in Remp. delinquerent, punirentur. *Dionys. Halicarn. l. 2.* quæ lex, exactis Regibus, etiam in statu Democratico obseruata fuit, nam Maiestas penes Populum erat, unde hunc statum fortasse considerat *Ulpianus l. 1. ff. ad. Iul. Mai.* cum crimen Maiestatis in populum committi dicit; Popularem Statum in Monarchiam iterum conuerso à Iulio Cæsare, qui primus erat perpetuus Dictator, Maiestatem obtinebat, & sacrosanctus habebatur: hanc

hanc Legem ipse confirmavit, & duriorē proposuit, ut ab hoc crimine absterrentur omnes, & regimen in quiete maneret: quippe ex malis moribus bonae leges procreantur, unde Lex Iulia Maiestatis est orta.

§. 6.

Crimen autem læsæ Maiestatis definitur, quod sit peccatum, quo subditi aduersus potestatem, securitatem & dignitatem Imperantium, vel ipsum statum Reip. aliquid moluntur. vid. *Dissert. de crimine Maiestatis vindicando: Magnif. D. Strausii, Præceptoris & Promotoris mei omni obseruantia etatem colendi.*

§. 7.

Solus igitur subditus, qui in suum Principem, cui fere iuramento obstrictus est, delinquit, crimen læsæ Maiestatis committit, iuxta Textum in *Clement. de sent. & re iud. c. 2. §. denique licet.* Clerici quoque hoc terribilissimum crimen incurrunt, sunt enim Magistratui seculari subiecti, cum omnis anima potestati sublimiori sit subdita; sunt pars Ciuium, ipsis ab Imperatoribus leges sunt scriptæ. *arg. pr. Nou. 83.* Committunt ne etiam fœminæ hoc crimen? Resp. quod sic, cum **ICTVS** Paulus in *l. 1. ff. de V. S.* declarat, quid sit verbum, si quis: nimirum quod illud & masculos & Fœminas complectitur: idcirco & nos ita verbum illud hic accipi volumus; Quia Ulpianus expressis verbis hoc asserit in *l. 3. ff. de bon. damn. Quinque ll. ait damnatæ mulieris dos publicatur: Maiestatis, vis publicæ &c.*

§. 8.

Est autem duplex crimen Maiestatis: Et crimen in specie perduellionis, quod aduersus Remp. eiusue Principem, vel quasi perduellionis *Carpz. q. 41 n. 55.* quod aduersus membra regiminis committitur; & in genere crimen Maiestatis: Perduellionis Iudicio teneri dicuntur ab Ulpiano in *l. ult. ff.*

de Leg. Jul. Maj. qui hostili animo aliquid agunt adversus Rempl. vel Principem, quod fit, quando quis rectè & principaliter ipsam Reip. summam, i. e. statum formamque imperii labefactare aut evertere conatur: puta, seditionem in populo excitando. *L. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. Maj.* conjurationem incundo-
ibid. prodicionem committendo. *L. 4. ff. cod. bellum movendum*, aut hostis milites in Imperium, ad vastandum & diripiendum illud ducendo, illisque re, armis, opibus & consilio superpetias ferendo. *d. l. 1. §. 4.*

§. 9.

Hostilem animum hic ponimus, ut excludamus simulationem hostilitatis, quam maxime subditi armis ex infortunio coacti, contra Principem jussu hostis suscipiunt, cum tamen à Principis parte stent, ut defendit *Grotius de J. B. & P. L. 3. c. 11.* Qui ex *Ammiano* expressum locum allegat de *Juliano. L. 21.* hujus sententiæ: *Residui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem necessitas egerat, non voluntas.* Idem producit *Diodorus Siculus l. 25.* de *Nicolao Syracusano* qui in favorem captiuorum orationem hujusmodi verbis habuit: *Socii vi imperantium adacti sunt militare: quare sicut par est eos puniri, qui data opera injuriam inferunt, ita equum est ignosci his qui præter voluntatem suam peccant.* Ex his ergo cum Politicis concludimus, parcendum esse subditis, qui peccant in Principem ex sola coactione hostis imperantis, quia secundum *Ciceronem pro Quincto.* *Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius cogitant, quid possit is, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid facere debeant.*

§. 10.

Committitur autem hoc crimen, ut ad rem redeamus, in Principem, vel immediatè personam ipsius violando, vel mediatè per alios latus ipsius fodiendo, ut in *Status Imperii, Augustam, Consiliarios.* Imperium nostrum cum sic instar *Corporis mystici*, caput repræsentat *Imperator, Membro-*
rum

rum verò vicem status Imperii sustinent. Hoc in casu status sumuntur pro iis, qui præter alia in Comitibus jus suffragandi, sedendique habent, ut sunt Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates, nunc quaeritur, an in hosmet crimen quasi perduellionis committatur? De Electoribus res extra aleam dubitationis est posita, ob hæc *A. B. Tit. xxiv.* verba. *Si quis cum Principibus, militibus vel privatis, seu quibuscunque personis, plebeis etiam, scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit Sacramentum, vel dederit, de Nece venerabilium & illustrium Principum, nostrorum & S. Romani Imperii tam Ecclesiasticorum quam Secularium Principum Electorum, seu alterius eorundem, (nam & ipsi pars corporis nostri sunt. Eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum, puniri Jura voluerunt:)* Quæ criminis impietas in Electores admittitur, in reis etiam post fata vindicatur; ita enim pergit *A. B. d. t. 24. §. 8.* Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes, Electores Ecclesiasticos vel seculares commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari posse: Quia ipsi pars Corporis Imperatoris. *L. 5. C. h. t.* cum enim detrimentum & vitæ periculum imminet membro, quin corpus ipsum lædi videatur dubium nullum est. Cætera immediata Imperii membra quod attinet, dicendum apparet, adversus eadem junctionem sumra idem scelus perpetrari; non verò si individualiter considerentur: nec enim in ipsamet directò peccari potest, cum Majestate sint destituta, nec indirectò, cum hoc privilegium solis Electoribus sit indultum, quod non est producendum ad consequentias. *L. 14. de ll.* Cæterùm nova quaestio est: An subditi mediati hoc nefas in suos Principes committant, quod asserendum, cum tantùm Principes possint in suo territorio, quantum Imperator in Imperio.

§. II.

Quid dicendum de Imperatrice, committitur ne hoc crimen in illam? Committi posse in Augustam, seu Imperatricem, nam non modo Imperator & Augusta pro una personâ

sonâ habentur ratione matrimonii; verum etiam Augusta pars Imperatoris censetur, quâ consilium ei dare potest. Quippe ipse Imperator Justinianus in *Novell. 8. c. 1. pr.* *Hæc omnia inquit, apud nos cogitantes & hic quoque participem consilii sumentes eam quæ à DEo data est nobis, reverendissimam conjugem.* Unde Goldast, in præfat. p. 2. der Reichs-sagungen: *Theodora bey Käyser Justiniano, welcher viel Recht und Gesetz durch ihr Angeben gemacht, die noch heutiges Tages in der ganzen werthen Christenheit üblichen Gebrauch und Autorität haben.* Idem de Octavia Augusto Legimus apud *Senecam 1. de Clem. Tit. 9.* qui refert Augustum Livie uxoris suæ saluberrimum consilium sæpissime admisisse. Sic *Tacitus de moribus Germ. & Cæsar. 1. 2. de bello Gall.* recensent Germanis fœminas honore habitas, ita ut earum consiliis prælium inierint. Confirmat nostram sententiam *Ulpianus in l. 31. ff. de ll.* in his verbis: *Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quæ ipsi habent.* Ex quibus constat Augustam privilegii gaudere, quæ ipse Imperator habet: jam verò Imperatoris privilegia non ea dicuntur tantum, quæ singulari concessione oriuntur, verum etiam quæ ex ipso Jure manent; uti ostendit inscriptio *d. l. 31.* quæ concepta est de *L. Julâ & Papiâ*, quæ de crimine Majestatis loquuntur. *Gothofred. ad inscript. ff. h. t. in ff. ad vocab. Juliam.*

§. 12.

In Consiliarium vero crimen Majestatis utique committitur, ita enim Princeps sive Imperator cum consiliariis se conjunxit, ut partem sui corporis eos esse profiteatur. *L. 5. C. ad L. 7. Maj.* ac propterea illum, qui eos læserit, se ipsum læsisse velit. *d. l. 5.* ita hoc munimento Rex Galliarum *Mazarinum & Henricus VII. Britannicæ Rex Cancellarium Regni armavit.* Additur in *d. L. 5. Cujuslibet, qui nobis militat.* Ubi recte *Accursius* notat, duplicem in Jure nostro militiam esse, toga-

togatam & sagatam armatam vel inermem: quo admissio, bene cum communi hæc verba de Ducibus militaribus interpretari possumus; absurdus enim fuerit, qui gregariis militibus Legem hanc adaptaverit. Commodior tamen *Jacobi Gothofredi in Diatribæ ad illam L. quæ est in Cod. Theod. sub. Tit. ad L. Cornel. de Sicar. in Lib. IX. Tit. XIV. Lex tertia, cap. 9.* explicatio esse videtur, qui de militibus palatinis & quidem cum dignitate conjunctis verba hæc exaudit.

§. 13.

Peracto sic Perduellionis crimine, perpendamus modos, quibus committitur simplex Majestatis crimen, quod principaliter & directò ad auctoritatem & jura Principis Singularia spectat, & Principem potius quàm Principatum concernit. Ut quando quis sibi Magistratum vel merum Imperium ascribit vel eo utitur, cum sit privatus *L. 3. ff. ad l. Jul. Maj.* ita qui privatos carceres habet, hoc crimen incurrit *L. un. C. de priv. carn.* ad hæc non modo ipse exercens, verum etiam Magistratus, qui oculis quasi conniventibus severitate illum non coercet, in Majestatem delinquit, uti expressè dicit Imp. Zeno *in d. l. un. C.* & quicumque Provinciæ Moderator, majestatis crimen procul dubio incursum est, qui cognito hujusmodi scelere læsam non vindicaverit Majestatem. Sed si forsàn quis in ædibus suis aliquem in crimine deprehendat & custodiat, donec magistratui manifestetur, an is quoque hoc crimen committat? Non committit, quia ejusmodi retentio licita est, licet in crimine adulteriû spacio 20. horarum includatur, nec ulterius retentionem extendere liceat. *L. 25. pr. ff. ad l. Jul. de adult.* Sic Pater, Dominus, consanguineus, qui filium inobedientem, servum fugientem, furiosum, agnatum vel cognatum castigationis & correctionis causa certo conclavi inclusit *L. un. C. de emend. servor. §. L. un. C. de emend. propin. L. 13. §. 1. ff. Offic. Præsid.* hoc crimen

A

NON

non committit. Quin & moribus nostris jus carcerem habendi Principis proprium non est; sed multi id etiam ex privilegio, infeudatione, præscriptione &c. habent.

§. 14.

Incurrit quoque hoc crimen subditus, si injussu Imperatoris bellum gerit: Soli enim Imperatori bellum gerere competit, & hoc adeò verum est, ut ille qui hoc facit, vel absolutè vel secundum quid incurrat in crimen læsæ Majestatis, *L. 3. ff. h. t.* Quin imò scribit *Modestinus in. l. 3. §. 15. de re mil.* eum capite Romanos multasse, qui mandata non servavit, et si res benè gesserit: mandata enim non servasse censebatur, qui sine mandato in hostem pugnavisset, uti docent nos verba *Salsitii in bell. Catit. c. 9.* Quod in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra Imperium in hostem pugnaverant, quique revocati prælio non exceßerant, quam qui signa relinquere aut pulsî loco cedere ausserant. Inde apud eundem recenset Cato de Aulo Manlio Torquato exemplum: quod scilicet Aulus Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra Imperium in hostem pugnaverat, necari iussit; atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Idem benè observarunt Carthaginenses: quorum Duces proprio consilio bella gerentes cruci affigebantur, etsi victoriam adepti fuissent *Valer. Max. l. 2. c. 7.* Huc quoque pertinet, eorundem responsio ap. *Livium lib. 21. c. 18.* Ergo autem, non privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, querendum censeam: sed utrum Jure an Injuria. Nostra enim hæc questio atque animadversio in civem est nostrum; nostro, an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disputatio est; licerit ne per fœdus fieri. Verum sicut omnis regula firmissima intelligitur sub hac exceptione, nisi necessitas aliud svadeat; cum necessitas legem non habeat. Ita quoque hoc in casu necessitas ferrum frangit, si nimirum impendens sit periculum, ut tempus non patiat eum consuli, qui
supre-

supremum jus in Civitate habet, tunc Magistratus civitatis inferior in seio Domino arma sumere potest sine crimine ullo. Hoc jure se usum fuisse protestatur, Atherbal Rex Numidia, qui cum Jugurtha Regno eum privare vellet, & armatus veniret, arma contra Jugurtham sumsit, quia in morâ periculum erat: post ubi à Jugurtha victus erat, implorat Populum Romanum, simulque dicebat se bellum non movisse ex culpa, sed ob præsens periculum, ut ex verbis constat: *Non mea culpa ad vos oratum mitto. P. C. sed vis jugurthæ subigit. Sall. in bell. Jug.* Notandum autem quod hodie id ipsum aliquo modo limitatum reperiamus; Nam hodie Imp. per II. Imperii non solus, sed ordines etiam de bello inferendo statuunt. *Heigius. l. 1. q. 12. n. 20.* quin & status ipsi certo modo belli gerendi jus habent.

§. 15.

Inter Regalia quoque jus cudendi nummos numeratur, & non acquiritur, nisi speciali Imperatoris concessione, *vid. Capitulatio moderni invictissimi Imp. LEOPOLDI art. 34.* Si itaque Civitas quædam vel alia persona hoc Jus sibi arrogare conatur, quod tamen non habet nec Jure Mjestatis nec concessionis, (aliud est falsam monetam cudere lucri causa, quod pertinet ad *L. Corneliam de falsis*, aliud falsam monetam cudere Juris regalis acquirendi gratia, licet moneta sit boni valoris & ponderis, de quo hic dicimus) incurrit in hanc speciem Criminis læsæ Majestatis, ut Imperator Justinianus *in l. 2. C. de Fal. Mon.* dicit, & is qui hoc facit, adulter quoque nummorum appellatur ab ipso Justiniano *in d. l. cum monetam non jure cudat. Treutl. V. 2. th. 32.*

§. 16.

Porro qui imagines & statuas Imperatoris jam consecratas constat, *l. 9. ff. ad l. 3. Maj.* cum enim statuas alicujus detrudere aliàs sit ignominiosum *arg. l. 24. ff. de pen.* certè Im-

peratori atrocissima fiet injuria, quia ex persona injuriæ atrocitas æstimatur. *l. 7. §. ult. ff. de Injur.* Minimè tamen incurrit quis hoc crimen qui reprobatus *l. 4. §. 1. ff. ad l. fil. Maj.* aut nondum consecratus constat. *l. 5. §. ult. eod.* aut vetustate corruptas reficit *d. l. 5. pr. eod.* Cum ergo statutz amplius consecrari non soleant, vix est ut hæc species criminis læsæ Maj. hodie obtineat.

§. 17.

An ille, qui in Principem malédiæ profert, crimen hoc committat? Cæterum nemo putet, nos loqui de ejusmodi calumniis, quæ concitare seditionem per se possunt, quæ etiam referuntur inter modos committendi criminis Majest. *l. 1. in fin. ff. h. r.* vel de turbulentis acclamationibus, quibus salus Principis & Reip. periclitatur. *l. 28. §. 3. ff. de penis.* Loquimur de libellis famosis, in quibus forte Principis vitia posita sunt. In Horum libellorum Autores veteres æque animadvertebant, ac in reos criminis Majestatis, uti refert, Tacitus *ann. 1. Calvinus in Lexico Jurid. de Augusto. verb. famosus libellus* & Suetonius de Tiberio *c. 58.* sic cæteri Imperatores facta dicta quæque leuissima in judicium læsæ Majestatis deduxere; cujus rei vestigium quoque habemus in Caracallâ, qui damnavit necavitque quendam, quod urinam eo loco, in quo imagines erant Principis reddidisset. *Spartian. & in Domitiano, qui mulierem ob idem interfecit. Xiphil. in Domit.* Qui omnes extrâ dubium contrâ Jus, ac Legem expressam fecerunt; cum non modo Modestinus *in l. 7. §. 3. ff. h. r.* moneat ne hoc crimen a Judicibus in occasionem, ob Principis Majestatis venerationem habeant, sed in veritate, nec lubricum linguæ facile ad pœnam trahant; Verum etiam ipse Tacitus *d. loc. apertè innuit, hanc speciem ad L. Juliam Maj. non pertinere.* Sed posteriores Principes magis in æquitatem, & clementiam quam severitatem inclinantes, ab Augusto, Tiberio cæterisque recesserunt; quemadmodum de Trajano &

& Alexandro. *ex l. 1. C. h. r. & Plinio in Panegyric. constat*: Patet enim ex toto tit. C. *Si quis Princ. maledix.* quam clementer Impop. cum huiusmodi maledicis agere voluerint: aliud longè facturi, si procacibus dictis suam Majestatem tam valdè lædi credidissent: Verba igitur licet acerba in Principem prolata ad hoc crimen non pertinent, licet gravius puniatur qui Principi maledicit, quam qui privato, *arg. c. 1. x. de maled. suffragente etiam Sacra Scriptura. Exod. 22. v. 28.*

§. 18.

Accusare hoc possunt, qui aliàs diserte prohibentur sc. propter criminis enormitatem, e. g. infames, milites, mulieres, servi. *l. 7. §. 8. ff. ad L. Jul. M.* Etsi accusator argumentis manifestis non sit instructus, quibus suam accusationem probare debet, ipse quæstioni & tormentis est subjiciendus. *l. 3. C. h. r.* Igitur si probare illud non possit, cautius ager, ut modò reveler, & moneat Principem de instanti periculo, ut inquisitione instituat, *Trent. Vol. 2. Disp. 32. thes. 1. lit. f.* nam qui non revelat, eadem pœnâ punitur, quâ reus plectitur, si nimirum secutus fuerit effectus criminis *l. 5. C. ad. l. J. M.* is enim fuisse videtur causa tanti mali, quia si revelasset, Princeps prohibuisset: Quid? si Pœnitentiarius ad salvandum Principem confessionis secretum aperiat? Dicunt Canonistæ, quod non possit ac debeat aperire *per c. 12. extr. de penit. & remiss. c. 2. dist. 6. de penit. c. 13. extr. de excess. prelator.* cum ille dicatur scire peccata confessa non tanquam homo, sed tanquam Christus, cujus vices gerit: si tamen crimen adhuc committendum, revelare pœnitentiarius poterit, ut peccato obvietur: *Menoch. arbitr. 99. l. 2. c. 180. n. 21.* Sed verius est, confessionem revelandam non esse: aliis tamen modis operam dandam, ut malum evitetur *vid. Duntb. Cas. Confici. c. 13. sect. 1. n. ult.*

§. 19.

In maleficiis voluntatem non exitum, spectandum esse dicitur in *l. Divus Adrianus 14. ff. ad. L. Cornel. de sicariis.* facti enim

enim pravitas ex animo delinquentis dijudicanda. Ut verò in crimine Majestatis solus attendatur conatus, requirit quam maximè utilitas Reip. si enim hoc crimen non provisione, ne perpetratur, impediatur, omnis tunc pœna & coercitio in cassum erit: idè eadè severitate voluntatem sceleris, quà effectum puniri jura voluerunt, *d. l. 5. C. h. Quæ constitutio & hodie in vigore est, A. B. Tit. 14.* Quid autem hic sic voluntas explicat Imp. Arcadius *in d. l. 5. C.* ubi opponit voluntatem effectui. Res autem moraliter ita se habet, nempe: primò incidit cogitatio criminis, deinde indulget quis illi: Tertio constituit se perpetraturum; Quartò deliberat de mediis: Quinto præparat illa: Sextò adoritur scelus: Septimo perficit quantum in se est: Octavò effectus sequitur: Ex his igitur primus gradus pœnam non meretur, naturæ enim depravatione aut Diabolo est tribuendus, in hoc consentit Ulpianus *in l. 18. ff. de penis*, cum dicit cogitationis pœnam nemo patitur: solus igitur actus externus, quatenus tendit ad executionem voluntatis, qui conatus alias à Doctoribus vocatur, pœnam meretur.

§. 20.

Minimè verò Princeps ad ridenda hanc Majest. legis severitudinem extendat non puniat ceu reum Maj. qui minimum vel corpore ridiculum læsit, unde Plinius in Panegy. Domitianum ridet, quod crimina Majestatis in arena colligeret, ac se despici ac contemni putaret, nisi etiam gladiatores ejus venerati fuerint, in quibus suam divinitatem, suum numen violari interpretabatur. Animadversum verò fuit in transgressores hujus Legis variè. L. Duodecim Tab. erat pœna capitis. *Si qui perdulem concitasset, civemve peridueli transduci, capital esto. l. 3. ff. h. r. conf. Sigon. l. 2. de Rep. Rom. Jud.* Ex lege Porciâ pœnà exilii fuisse, testatur Sallustius *in bellum. Catil. c. 51.* cui successit aquæ & ignis interdictio; Verum ultimi supplicii irrogandi modi fuerunt varii, pro ratione temporis & loci.
Ger:

Germanos ait Tacitus de morib. Germ. transfugas & proditores arboribus suspendisse: Carthaginienses delinquentes in Majestatem cruci affixerunt, quem poenae modum exercuerunt in Hannonem Afros concitantem, Justin. l. 21. Romani hac in re imitati sunt Carthaginienses, inquit Valerius Maximus l. 2. c. 2. insveve. unt etiam in carcere laqueo galam frangere, quod exemplum Lentuli proditoris ostendit, de quo Sallustius ita dicit: in bello Catil. c. 35, in eum locum postquam dimissus est Lentulus vindices rerum Capitalium quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere: In Jure Digestorum refert Ulpianus in l. 8. §. 2. ff. de poenis, reos Majestatis concrematos fuisse; Verum temporibus Imperatorum apud Romanos ille modus irrogandae poenae sublatus videtur, & subrogata esse in locum ejus poena gladii per Arcadium & Honorium in l. 5. C. h. r. & denique per Carolum IV. in A. B. Tit. 24. pr. ibi: ipse quidem utpote Majestatis reus, Gladio feriat: Nostris tandem moribus reos hujus criminis in quatuor partes, eminentioribus locis suspendendas secari, pro magnitudine dilecti forcipibus ardentibus aduri & ad locum supplicii trahi, testatur Constitutio Caroli V. art 14. ubi verba sic habent: Welcher mit boshafftiger Verrätherey mißhandelt, soll der Gemohnheit nach durch Viertheilung zum Tod gestrafft werden, wäre es aber ein Weibsbild, die soll man erträncken ic. Und wo solche Verrätherey grossen Schaden und Ergerniß bringen möchte, als die, so ein Landt, Stadt, seinen eigenen Herrn, Bettgenossen, oder nahgesippen Freund betreffe, so mag die Straffe durch Schleiffen oder mit Zangenreiffen gemehret, und also zu tödtlicher Straffe geführt werden.

§. 21.

Præterea omnia bona reorum confiscantur, etiam post mortem, nisi crimen ab heredibus purgetur l. n. ff. h. r. quod Jure Digestorum obtinebat, si liberorum damnati nemo existeret, secundum Hermogenianum in l. 9. ff. h. r. Jure Codicis vero

vero in *l. 5. C. h. t.* ratione perduellionis ejusmodi confiscatio concessa est licet liberi existant. Dicta tamen *L. 9. ff. § l. 5. C. de reis Majestatis* in genere loquentes, quoad bonorum publicationem sublata esse videntur per *Nov. 17. c. 12.* ubi generaliter prohibita est publicatio; quæ Novell. iterum postea correctæ fuit per *Novellam 134. c. fin.* ita, ut prohiberetur confiscatio, si adsint descendentes, ascendentes ac collaterales (sicut clarior Imperatoris mens redditur in *Auth. de bon damn.*) usque ad tertium gradum. In qua quidem adjecta est exceptio, ut leges veteres servantur in condemnatis crimine Majestatis; sciendum autem est, quod leges odiosæ strictè accipiendæ sint, & sanctiones Imperatoris Justiniani propriè intelligendæ: vocabulum itaque rei Majestatis in *d. Novell.* in gradu potentiori & proximo significato sc. perduellionis accipimus, ideoque dicimus omnia bona confiscari posse in crimine perduellionis, etiamsi liberi adsint. *d. l. 5. C.* in crimine verò in genere Majestatis tunc si nec ascendentes, nec descendentes, nec collaterales usque ad tertium gradum ad successionem venire possint. *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Diff. 32. th. 1.* bona autem allodialia seu propria filco addicuntur, etiam futura. *arg. l. 2. C. de bonis proscript.* quia rei Majestatis perpetuo egentes & pauperes esse jubentur. *L. 5. §. filii C. h. t.* non verò feudalia, hæc enim prout in Dominum aut alios, vasallus deliquerit, aut ad Dominum revertuntur, aut ipsis agnatis cedunt. *2. Feud. 24. §. denique.*

§. 22.

Damnatur denique memoria eorum, quod fit si eorum statuae evertantur, de quo *l. 24. ff. de pœnis*, gentilitatis insignia maculentur ædes solo adæquentur, solum sale conspergatur; sal enim symbolum sterilitatis & inopiæ rerum omnium. Liberi infamia notantur, ab omnibus honoribus arcentur, omnique successione privantur *l. 5. §. 1. C. h. t.* Hanc Legem confirmat Carolus IV. in *A. B. Tit. 24. ibi: Filii verò ejus, quibus vitam*

vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus, (paterno en: deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarii criminis metuntur exempla:) à materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate & successione habeantur alieni, ex Testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem, ad nulla prorsus sacramenta perveniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus sit mors solatium & vita supplicium. Attamen temperamentum in filiabus observatum fuit, ut iis aliquo modo parcendum sit, dum iis legitima s. Falcidia ex bonis maternis attributa fuit. d. l. 5. §. 3. & d. A. B. Tit. 24. vers. ad filias sane &c.

§. 23.

Hæc quidem & ex ratione juris positivi seu Civilis & Jure Gentium probari & affirmari possunt. Etenim L. Arcadius Imp. in d. l. 5. §. 1. C. ad L. 7. Maj. ita dicit: debuisse paterni perire supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuntur: Sic Horatius canit, *Ferres creantur fortibus & bonis, ut & Virgilius.*

Qui viret in foliis venit à radicibus humor

Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Sic Marcianus illud forsan observavit, qui iussit Filium Vitellii obruncari. Tacitus Hist. 4. Macedones quoque legem promulgarunt, ut propinqui eorum, qui vitæ Regis insidias fruerent, interficerentur. Curr. l. 7. Arcadius itaque & Carolus IV. sancivit legem, ut liberi reorum Majestatis, non vita quidem naturali, sed bonis præsentibus ac futuris omnibus privarentur, ne paterna possent vestigia sequi, quod cæterorum fieri posset, si iis divitiæ essent. Nam ubi ex divitiis juvenum luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumi, sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pudicitiam divina ac humana promiscua, nil pensi neque moderati habere, inquit Sallustius in bell. Catil. c. 12. Si hoc Sallustii verum est in cæteris, quanto magis in iis, in quibus paterni criminis exempla me-

tuuntur, verum erit. II. Altera ratio *ex l. 8. ff. quod met. causa* defumitur quod parentes sc. per liberos puniri videantur. Quippe liberos cuique suos natura carissimos esse voluit. *Tacit. in Agricola*, nec dulcius hominum generi à natura datum, quam sui cuique liberi. *Cic. 1. off.* itaque poena in liberos quoque infertur, ut hoc metu parentes à proposito avocentur, uti clarum exemplum habemus in *sacris. 2. Maccab. 7.* ubi septem filii in praesentia matris necati fuerunt, hoc fine ut mater satis per eorum necem cruciaretur. III. Ratio, Quia Pater consilia cum filiis communicare censetur, & ne liberi vindictes & ultores paternae mortis aliquando existant. *Unne illud Iustini. l. 21. ne quisquam aut ad imitandum aut ad ulciscendum scelus ex tam nefaria domo superesset.*

S. 24.

Verum sit rem penitus inspiciamus, aliud Jus Civile a libi dicitur, dicitur enim poena emendatio hominum in *l. se poena alicui 20. ff. de penis.* Quod si hoc verum, nescio quomodo poena extra delinquentis personam in aliam non delinquentem redundare possit; cum poena secundum Paulum quoque in *l. 224. ff. de V. S.* sit coercitio delictorum; quae ubi defunt, ibi nec coercitio esse potest: remota enim causa finali, removeretur ipsa sanctio seu constitutio, ut inquit *Jason. in §. 1. J. de actio:* si respiciamus obligationem, qua delinquens ad poenam obligatur; videbimus illam obligationem esse personalem (quae tamen non tam ex consensu expressio, quam æquitate naturali oritur, unde æquum esse dicitur poenas ob maleficia solvi *l. 70. §. fin. ff. de fidejussor. vid. Schneidevv. in Inst. de Oblig*) ut expresse dicit Justinianus in *§. 1. J. d. act* namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei est obligatus vel ex contractu vel ex maleficio, quo casu proditae sunt actiones in personam: Et personam non transgredi *l. pen. C. de Uxor. pro mar. ib. Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari,* neque

neque ad hæredes transire secundum Paulum in *L. 25. §. 1. ff. de pact. personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad heredem.* Ergo nec pœnam tanquam personale debitum alios vel hæredes luere teneri rectè concludit ICTVS Callistratus in *l. 26. de pœn.* Namque unusquisque ex suo admissio fortis subicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Et ipse Imperator Arcadius & Honorius in *l. 22. C. d. pœn. Sancimus ibi esse pœnam ubi & noxia est.* Propinquos, natos, familiares procul à calumnia submovemus.

§. 25.

Quin & Jus naturæ liberis parcere videtur, uti bene Seneca monet *l. 2. de ira c. 4. nil est, iniquius quam heredem aliquem paterni odii fieri.* Sic Alexander M. apud Curtium *l. 8. c. 8. v. 18.* abogit iniquum mortem Macedonum, ubi dicit: *olim istum morem occidendi cum scelestis infantes propinquos parentesque (ego) solvi; & profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt.*

§. 26.

Jus quoque Divinum his congruit, dicit enim DEVS *Deut. c. 24. Non parentes pro liberis, nec liberi pro parentibus pœna affici debere, sed quisque pro suis delictis moriatur.* Hinc Amazias Rex Judæ laudatur in *sacris 2. Reg. 14. v. 6. & v. 6. & 2. Paral. 35. v. 4.* quod secundum præceptum DEI non eorum liberos necaverat, qui Regem Patrem suum occiderant: defendit hoc Grotius, cum quo sentit *Magnif. D. Zieglerus in Comment. ad Grotium p. m. 490.* Quamvis autem forte defendi possit, sanctionem hanc Arcadii moraliter injustam non esse; cum in rebus humanis sæpe alienæ culpæ alius sit successor *v. c. subditi in bello superiorum suorum: accedit, quod DEUS ipse, cujus in terris Vicarius Princeps est, tali jure usus legatur, cum ob peccata Jeroboami, Baasæ, Achabi omnem eorum posteritatem exciderit; quo cumprimis pertinet exemplum liberorum Achaniis de quo *Jos. 7. vers. 24. 25.* tutius*

C 2

tamen

tamen procul dubio agent. Princeps & Resp. si liberos parentum facinus non simul portare sinant, sed duram hanc sanctionem clementia & benignitate mitigent: *Nullum enim, inquit Cornelius Nepos, Imperium tutum, nisi benevolentia munitum.* Nam Princeps patris vices in gubernatione Reip. sustinere dicitur: Sicuri ergo pater nimis acerba castigatione liberos suos emendare non valet, sed deteriores potius reddit, ita Princeps rigore pœnæ & severitate subditos malos & malitiosos efficit sibi que in fidos. *Metus autem, inquit Tacitus in Agri. 32. 3. & terror infirma vincula charitatis: quæ ubi removeris, qui timere desierunt, odisse incipient.*

TANTVM.

PRAESES.

CL. DN. RESPONDENTI.

S.

Dirum carmen est, quod in quasi perduellis filios pronuntiat Imp. *HONORIVS* in famosa *L. Quisquis* s. s. i. c. ad *L. Jul. Majest.* & in *Aur. nostrâ Bulla cap. XXIV.* in filios ejus, qui de nece Electoris Ecclesiastici vel secularis conspiraverit, reperit *CAROLVS IV.* Filii ejus, quibus vitam Imperatoriâ specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis exempla metuntur;) à materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perveniant: sint postremò tales, ut his perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium, & vita supplicium. Quæ

Quæ sententia dura admodum in filios nihil demeritos omnes pene Interpretes exercuit, & iusta sit necne sanctio ista, dubitare fecit: ex quibus eruditissimus *ALCIATVS Lib. VII. Resp. 19. incip. In proposita, n. 15.* eam magis ad terrorem, quam futuram observantiam factam putavit. Quamvis autem fortè ab iniustitia sanctio ista defendi possit; tutior tamen procul dubio in praxi sententia est, quæ benignum naturæ s. rationis dictatum, quod pœnam tantum ad culpam refert, itemque Jus Israeliticum à Deo sancitum, tanquam perfectissimum exemplar, quod filios propter peccata parentum mori vetat, sequuta filios perduellium innoxios à pœna immunes pronuntiat. Quare bonum factum dicendum est, quod Christianarum gentium mores à rigore sanctionis istius recesserunt, nec amplius in crimine perduellionis liberos innoxios puniunt: id quod adductis Dd. Italicorum, Hispanorum, Gallorum, Belgarum & Germanorum testimoniis probant, *ANTON. MATTH. Tract. de Crimin. ad lib. XLVIII. Dig. Tit. 2. c. 3. n. 11. SIMON à GROENVVEGEN de ll. abrogatis, ad d. l. Quisquis 5. §. 1. n. 5.* & communiter à Dd. pr. regula tradi asserit *NIC. MILLERVS ad Aur. Bul. Rumelini ad part. III. Dissert. 4. th. 9.* Sed hoc latius deducere opus haud est, cum argumentum hoc, imò totam criminis læsæ Majestatis materiam occupaveris Tute, Gradenhalere amicissime. Quapropter potius Tibi, de publico hoc specimine gratulor, DEumque precor, ut uberrimos studiorum Tuorum fructus ad patriam familiamque Tuam, Temetque ipsum, imo totum Christianum orbem aliquando pervenire jubeat. Faxit *NUMEN* propter merita Filii sui unigeniti Domini & Salvatoris nostri *JESU CHRISTI Amen!* B. V. Dab. è Musèò Non. Jan. An. à Christo nato cto lcc LXXXVII.

Politissimo DN. RESPOND.

Amico singulari S. P. D.

G. C. KIRCHMAYERVS.

Ex ordine illorum, qui ornati beneficii à Rarispona inclyta hûc ad nos amandati sunt, clientum, mihi maximè, post Viros Clarissimos, NIERENBERGIVM, ERNSTIVM-que meum, st. dia probasti tua. LAZARE GRADENTHALERE. Nunc, dum & fidem eruditionis rarè facis publico, de *Læse Majestatis Crimine* acturus, & epistolam me polcis, censui de execrabilis flagitii natura, & rigore ejus nimio hic aliquid adjiciendum esse. Maximum appellat crimen istud & salutis desperationem Alexander, Orbis terror, apud Curtium in extremi primo. Ad quem locum subtilissimus civilium interpres Claymarius (aut Henricus potius Savilius, de Arcanis Rerump. quinti, sextodecimo nonnulla commentatus, scripsit: Non tam jus dominationis, quam flagitium refert, quod ad minima & ridicula quevis porrexerunt. - Tacitus crimen Majestatis vocat vinculum & necessitatem silendi; item, omnium accusationum complementum. Cujus generis est illud Curtii lib. X. de Alexandro: cum accusati essent Cleantes & alii spoliatarum provinciarum, & per libidines alienatarum, Regem causâ cognitâ pronunciaffe, ab accusatoribus unum, & idem maximum crimem esse præteritum, desperationem salutis sue, & quæ sequuntur: ubi tamen pro Cleandro ex errore positus Cleantes est. Diminutam & minutam Majestatem Cicero vocavit noster 1. ad Hærem. & in Verr. 5. Atrocissimum sacrilegioque proximum in Apologetic. Tertullianus nominavit; fallor, an & Vlpianus? Apud Græcos ἐγυλῆμα τῆς ἀσθείας audiebat; aded, ut ἀσθεῖος dictus sit, & postulatus sacrilegii, qui vel honores debitos Principibus negaret, atque veluti suffuraretur. Autor est ad Tacitum Mercurus notans, Principibus familia-

miliare admodum fuisse, ut perperam facta omnia ad crimen
 Majestatis traherent. Et *Scipio Gentilis* addit, etiam de vita
 Principis inquirere per Astrologos & Mathematicos, fuisse
 capitale. Neque hoc solum; sed etiam de ea dubitare, at-
 que desperare. Ad ridicula intentus rigor sæpenumerò. Ut
 si quis mimum, nec non corpore ridiculum inter Principis
 signatum decidere fuisset passus in cloacam; si quis eosdem
 in lupanar attulisset. Apud *Senecam*, de beneficiis tertio, vi-
 cesimoque sexto, veniam Senator quidam, accusatus Majesta-
 tis, à *Tiberio* id propter petiit, quòd matellam attigisset priùs,
 quam annulum, imagine *Tiberii* insignem, detraxisset digito.
 Sub monstro *Cæsarum*, *Domitiano*, interfecta mulier à *Xiphilino*
 dicitur; quod ante statuam illius Posuisset vestem. Eadem
 sub *Valentino* & *Valente* pestis. Exempla alia, omnino im-
 manissima, collegit ó *Σαυαρόσι* Forsterus ad 1. *Annal. Taciti*,
 & ornamentum gentis suæ, *Emundus Figyelinus* de statu
 illustribus Rom. Ipse mihi tempero ab adducendis pluribus.
 Tu peregisti cætera, mi *LAZARE*. *Divinum* (cujus nomen
 ominose geris,) tibi apprecor auxilium, in studiis præclarè &
 continuatis per exactum circiter in Academia quinquennium;
 ut laboribus par aliquando præmium respondeat. Interea
 te Numen fervet! Deprop. e muséo VI. Id. Januar.








01 A 6536

ULB Halle 3
002 929 21X







B.I.G.

Farbkarte #13

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA
DE
**CRIMINE LAESAE
MAIESTATIS**

21

Quam
Indultu Magnif. ICtorum Witteberg. ordinis

P A E S I D E
VIRO MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
CONSULTISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

DN. WILHELMO LEYSERO

I. V. D. & Cod. P. P. Curiae Electoralis, Consilto-
rii Ecclesiastici, Facultatis Iuridicae & Scabinatus
Adessore Gravissimo, Meritissimoque
&c.

*Domino, Patrono et Praeceptore suo aetatem summa
obseruantia colendo*

placidae disquisitioni publice ficit


LAZARVS GRADENTHALER

Ratisbonensis

A. & R.

In Auditorio ICtorum

Die Januarii Anno M. DC. LXXXVII.



WITTEBERGAE RECUSA 1742.

is.